

§3 Nam defensio!, quam Princeps & præstat (propterea tenetur) oppræsis; cum proueniat ab origine & fonte petemini iuri naturalis, ut dictum est supra 1. capitul. 2. à num. 101. cum sequentibus, atque pluries in hoc tractat, nullo modo sublata illis intelligi potest per Bullam Coenæ Domini, ut supra 1. part. capitul. 2. per

34 tornum, abunde remanet probatum, t̄ quia ius naturale non potest tolli, nec in aliquo detrahali, seu derogari, & sed naturalia institut. de iure naturali gentium, & Ciuii, leg. eas obligationes 8 ff. de capitulo diminuit. leg. ius agnitionis 34 ff. de patris, leg. iura sanguinis 8 ff. de regulis iuris, exhortat Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 7. num. 17. Conran. lib. 1. Commentarij. capitul. 7. num. 6. & capitul. 10. num. 7. Pro quibus non omittam elegantissima Ciceronis verba, lib. 3. de Republica, ibi: *Est vera lex, relatio natu' congruens, diffusa in omnes, confusa, sempiterna, que vocet ad indicium ibendo, vetando, à fraude detineat, hinc legi nec provocari fas est, nec derrogari ex hac, siquid licet, neque ita abrogari poset, nec vero, ante per Senatum, aut per Populum solu' bac legi possimus, nec querendus est explanator, aut interpres alius, nec erit alia lex Roma, alia Athene, alia nunc, alia posthac, sed & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continetur: consonant, l.5. tit.4. part.4. l.34. tit.34. part.7.*

§5 Conducit quod eleganter & docuit Cuiacius in leg. 1. §. *bnuia studi, versific. Nunc tradicimus, ff. de iusti. & iure, in recitationibus solemnibus, pagin. 1349. cprobans explicationem Gloriosi ibi dicentes: *Natura, id est Deus, ut idem fin Deus, & natura. Post Marchum Tullium, & Plutarchum, & Lactantium, lib.7. prolequitur, & facit in hac: Iu ergo naturale est, quod natura, id est, Deus Parentes rerum omnium, & universi gubernator, omnia animalia docuit, id est, cuius genere ea sunt, atque peita: nam subiecti Vlpianus hoc loco. Videlicet omnia animalia istius iurisperitia conferi, & paulo post, ibi: Ergo istius iurisperitia omnia animalia consentur, id est, iurisperitiam habere, nec enim minus ea in illud natura datur, quam homines, & qui doceat peritum, facit eum, quem docet. Ergo hoc iure naturali Natura, sed Deus imbuti, non tantum homines, sed etiam bellus, tam feras, quam cicures, & ares, & pisces.**

§6 Elegantissime etiam hoc idem & confirmat Franciscus. Conran. lib. 1. Commentarij. capitul. 4 folio mibi 19. littera C. D. E. sic dicens: *At exstimo, vim ut repellamus, hoc etiam iure concessum esse, non intentionem, cui id bestiarum sensibus insixum esse videamus. Et paulo post, ibi: Sed si vici inferatur, nulla est, cu' non sit ira, non*

§7 *si animus, iniuria impatiens, t̄ & prompta, si noxæ, ad defendendam alacritas, est hac (et scribit Tullius pro Melone) non scripsi, sed nostra lex, quam dicimus, accepimus, legitimus, verum ex natura ipsa arripimus, huiusmodi, ad quam non doxi, sed facti, non instinxi, sed imbuti sumus, &c. Et paulo post, ibi: Neque quisquam est rerum omnium, que dignuntur intertra, quod non aliqua habeat naturæ & adiumenta, quibus so vindicet ab externis offendientibus, & iniuris, ut ait Lucretius, lib. 5. Quid si in omni-*

natura hoc perspicitur in esse, in homine sane multo magis se ostentat, ut nemo sit bene informatus à natura, qui liberter, aut patienter animo ferat iniuriam, & que id est, quod dicit Florensum liceret, ut vim, atque iniuriam propulsaret, &c.

Igitur si à Deo ipso prouenit hæc lex naturalis, à nemine tolli, impedit, aut derogari potest, licet, quia eius est tollere & abrogare, cuius est condere, ut hactenus latius satis probatum remanet, & per consequentem nec à dicta Bulla sublata intelligitur vi oppræsis hæc iusta, & permissa defensio, nec talis Summorum Pontificis intentio ex ea colligitur, sed contraria, ut ex ea pater, & est ostensum abunde supra 1. part. capitul. 2. à num. 101. cum multis sequentibus.

Ad quid igitur tantus Rotæ rigor, tam in negando audientiam recurrenti, t̄ illum. 89 que habentis pro excommunicato, quem fecit iurisprudentia, & facta Theologæ professores à Cenfuram incurso excusant, & non ligatum probant vñanimiter, prot. 1. part. in capitul. 2. à num. 10. à num. 24. 33. & 34. & in cap. 3. à num. 25. & sequentibus, plenus vidimus? Quam in modum procedendi contra ipsum legitimando citationes omnino reprobatas à iure, sine actis, vel informiter praesentatis, & transumptis, & ut plurimum illum absentem per iudicium contradictarum, & inauditum condemnando, facile supplicando quolibet iuris etiam naturalis defectus in odium (ut ipsa Rota clara & aperto ore passim facitur) recurrenti. Hoc enim magis est affliger afflitos, & afflictionem afflictioni addere, contra quod iura omnia clamant, leg. manus, §. cum autem, t̄ ff. ad leg. Rhediam de iactu, leg. Diuini Marchi in princip. ff. de officiis. Praefid. leg. si idem, ff. de iur. omnium Iud. leg. pana, §. fin. ff. ad leg. Pompeiam, de parvicio. leg. tam mentis, Cod. de Episcop. & Cleric. cap. ex parte de Clerico. agrotan. cap. si quis à proprio, 11. quæst. 5. cap. 1. §. scriba. de prohibita fandi aliena, per Federie. Quo indubie violentia crevit, visque vi augetur, quæ magis incendit charitatem Catholicam Senatus Regij ad illam propulsandam, & repellendam, & ad protegendum vi oppressum aperiendo illi viam à iure probatam ex Tridentin, ne ius suum pereat defensione parenti, ut de eo cognoscatur nouiter ab Ordinario retentis in Senatu executive-

zialibus, perperam per iudicium contradictarum contra recurrentem excep-
ditis.

CAPUT

CAPUT XXI.

Nuntius Apostolicus cum potestate Legati de Latere, esto quod de iure Ordinarius dici potest, an cum Ordinarii in prima instantia concurrit, ita ut eius litteras Senatus Ordinario non remittat.

Et an Nuntius ipse queat executi litteras Apostolicas in prima instantia directas Ordinario, siue in forma dignum, siue in forma gratiosa, seu dispensationes.

S V M M A R I V M .

Nuntius ad partes missos non ordinariam, sed delegatam habere iurisdictionem, qui teneant, num. 1.

Legati de iure communi Ordinarii dicuntur, &

cum Ordinarii sua provincie concurrunt, n. 2.

Nuntius Apostolicus Hispanie, cum potestate Legati de Latere missi, Legati de Latere potestate funguntur, num. 3.

Clavis (cum plenitudine iuris Canonici) importat, ut propositus consequatur omnia iura aliis Canonici debita, num. 4.

Principium ad instar alterius iam concessi fortior parem, & eundem effectum cum illo, n. 5.

In principio ad instar alterius repetuntur omnia, que in relato continentur, n. 6.

Concessum ea lege, ut habeat vim alterius rei, huius naturam, & effectus assimilat, ac si eadem fuerit realiter, num. 7.

Capit. duo, quando sunt à iure equiparati dispositum in uno, in alio repetitur, n. 8.

Nuntius facultas cum potestate Legati de Latere superflua fore, sidem non operaretur, quod ius abbreviatur, num. 9.

Verba abundantia tolerantur quando ad maiorem declarationem apponuntur, & tollenda dubitatio gratia, num. 10.

Legatus de Latere, & Legatus cum potestate de Latere sunt, num. 11.

Nuntiorum facultates cum potestate Legati à Latere parum sunt Ordinarii, parim extraordinaria, num. 12.

Legatus cum potestate Legati à Latere cognoscit de appellacionibus ad Papam remissis, n. 13.

Adequate potius eodem iure, quo id est, cui adequatur, num. 14.

Nuntius Apostolicus cum potestate Legati de Latere, absque alia facultate eandem habet potestatem, & privilegium, que Legatus de Latere, num. 15.

De Legato à Latere ad Nuntium cum potestate Legati à Latere valet argumentum, n. 16.

Appellacionem ad Sedium Apostolicam emissam sicut Legatus de Latere potest committere, ita & Nuntius cum potestate Legati à Latere, datu, num. 17.

Nuntius virtute clausula (cum potestate Legati de Latere) cognoscit de Causis exemplorum, Sedi Apostolice immediate subiectorum, n. 18.

Erafinus à Cochier confit loquens de Legatis mis-

sis non habentibus iurisdictionem in exemplis, declaratur, num. 19. & 20.

Nuntius cum facultat Legati de Latere non sent verè Legati de Latere, sed similiudinarii respectu exercit, num. 21.

Religio non Mendicantium, cui datur priulegium ad instar Mendicantium, non est Mendicantium, licet eius priulegium vivatur, n. 21.

Legatus à Latere de iure communi cum Ordinariis concurrit, num. 23.

Nuntius, & Legati à Latere nouiori Trident. dispositione in prima instantia iurisdictionem aliquam non habent, nec cum Ordinariis concurunt, num. 24.

Nuntius si se introrimit at cognoscere in prima instantia, Senatus remittit causam Ordinario, num. 25.

Nuntius Apostolicus an iurisdictionem delegatam, vel Ordinariam habeat, n. 26. remissio.

Nuntius Hispanie an valeat executi litteras directas Ordinario in prima instantia, num. 27. & seqq.

Gratia in forma dignum, & dispensationes matrimoniales Ordinariis, non alia dirigi solent de stylo Romane Curie, n. 28.

Item etiam dispensationes alta, absolutiones, & monitoriales, necnon criminalium commissiones Ordinario solent dirigi, n. 29.

Alia sunt commissiones, que non solum Ordinarii commituntur, sed & alii in dignitate constitutis, et in exemplis, n. 30.

Nuntius aliquando adiuste executionem dispensationum, aut in forma dignum commissionem Ordinario, aliquando relinquit, n. 31.

Nicolaï Garcia oblatione commemoratur tenetis, Nuntius non posse executi dispensationes, & gratiam dignum, cum non sit in commissione nominatus, num. 32.

Nuntius esse executorum universalem litterarum Apostolicas cum nulli iure probatur, nec in suis talibus talis facultas legitur, n. 33.

Et quando foret talis executor, intelligitur litterarum in forma gratiosa, non in commissaria, maximè in forma dignum expeditarum, n. 34.

In omnibus tamen post facili executionem per Delegatum nominatum potest, n. 35.

Resolutio Nicolai Garcia, & Francisco Leonis, quod nunquam praedicatur Nuntius posse se introrimit in causa alius delegata, num. 36. & seqq.

Littera directa alicui Delegato specialiter si coram alto presentemur, sententia, & processus sunt nulli ex defecta iurisdictionis, n. 37.

Delegatio facta in unam personam sine subdelegatione in aliam transferri negat, n. 38.

Commissiones, que de stylo Curia debent, & committuntur Ordinariis, si in eis se introrimit Nuntius in prima instantia, Senatus Ordinario remittit, num. 39.

Iura loquuntur de iurisdictione Legati à Latere procedunt in Nuntiorum cum potestate Legati de Latere missis, num. 40.

 IUST ab aliquibus sectetur, Nuntios Apostolicos ad partes missos non ordinariam, sed tantummodo delegatam iurisdictionem habere, nec cum Ordinariis concurrens, ut probant Petrus Barbosa in 1. cum Prator. 12. §. 1. n. 63.

G g 3 de

354 De Suppl. ad Sanct. à Litt. Apost. &c.

de iudicis, quod fundat varijs doctrinis à se adductis à principio eiusdem s. Joannes Franciscus Leojin Thesauro fori Ecclesiastici. 1. part. capital. 2. num. 19. & num. 20. & 1. part. capital. 1. num. 8. & capitul. 7. num. 61. & 62. & videndus Azeued. confil. 25. num. 37. & sequentibus. Augustinus Barbola in remissione ad cap. cause omnes 20. fessio. 24. de reformatione addition. 4. Villadiego in tractatu de Legato. quest. 4. num. 10. & quæst. 18. num. 6. & 14.

Eorum tamen opinio procedere potest in 2. Nuntius simpliciter & missis à Sede Apostolica; non tam in Legatis de Latere, & Nuntiis missis cum potestate Legati à Latere, id est quidem sicut de iure communis Legati à Latere dicuntur in suis Provinciis, & Regnis, ad que sunt missi, Ordinarij, & cum Ordinariis concurvant, ut probat textus in cap. 2. de officio Legati. lib. 6. ibi: *Ordinarios reputantur: Nauarrius in cap. 2. cum coningatis, de referptis, remedio 5. num. 1. & in tractatu de Indulgencie, notabil. 28. num. 19. Gutierrez Canonice, lib. 1. capitul. 11. num. 4. cum sequentibus.* Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 1. disputation. 28. num. 28. & lib. 8. disputation. 28. num. 4. Hieronymus Gonçalvez ad Reg. 8. Cancellar. glossa 11. num. 34. & glossa 24. num. 36. Molina de iustitia & iure, tom. 6. disputation. 9. num. 13. Azor. in tractatu moralib. part. 2. lib. 5. cap. 27. quæst. 5. Augustinus Barbola in collectan. ad dictum capitul. 1. num. 3. & Stephanus Gratian. dispensat. forens. cap. 226. num. 2. & 3.

Partim potest Nuntius Apostolici, qui ad hac 3. Regna mittuntur & cum potestate Legati de Latere, potestate Legati vel possunt, & verè habent: *Quid enim interest, an Proconsul, an pro Consulari dignitate quis legetur, iuxta texus in l. 1. de tutor, & curat, datis ab his; & faciunt cap. proposuit, de concessione probande, Geminian, & alij in cap. fin. eodem tit. lib. 6. Moneta de distributione quotidiana, part. 2. quæst. 1. num. 13. Staphileus de expectatis, sub num. 38. versicul. Et quod dictum est, de distributione. D. Loter. in tract. de re benefic. lib. 1. quæst. 18. num. 48. & 49. Barbola de clausula, 36. in fin. dicentes, quod 4. & clausula (*Cum plenitudine iuris Canonici*) impotest ut prouisus habeat, & consequatur omnia iuris alii Canonici expectantia.*

Fuit etiam, quoniam facultas, aut priuilegium concessum aliqui & adintit alterius facultatis, aut priuilegiis alicui iam concessi, importat, ut fortioriam endem, & patrem effectum cum alio, ad quod adequatur, probant. Felius in cap. nonnulli, num. 7. de scriptis, Abb. in cap. inter dilectos, num. 9. de fide infrastrumen. Apofylla ad cunctem in cap. eum olim num. 5. vers. Ad instar. de consuetudine, Patris conf. 22. num. 5. vol. 4. Romanus conf. 38. num. 23. Augustinus Barbola in tract. de clausula, 5. num. 2. & sequentibus. Erasmus à Cochier de iurisdictione ordinarii in exemplis, part. 1. quæst. 17. n. 17.

Per hanc enim relationem omnia, que in priori facultate, & dispositione continentur; censetur repetita, adnotata in l. omnia in fin. C. de Episcop. & Cleric. Cardin. Tufchus tit. 6. litera P. conclus. 763. Mandolus de priuilegiis ad iuris. q. 4. Suarez de legib. lib. 8. cap. 15. num. 2. Barbola claus. 5. num. 4. j. qui num. 6. dicit, quod referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus, ut post Decimum, Socinus Parisi, &

alios inquit Menochius conf. 847. num. 5. infinitos penè refert Barbola axiomata. 201. per totum.

Et quia quando aliquid concessum est ea legi, & clausula, ut habeat vim, & robur al. terius rei, seu dispositionis, debet eius naturam, & effectum allumere, & perinde haberi, ac si verè & realiter illa fuisset, ut tradunt tringinta & quatuor Doctores quos refert & sequitur, Menochius conf. 1033. num. 7. quibus ade lati, in pralud. feundo. num. 90. Ruinus conf. 9. num. 16. volumen. 1. Paris. conf. 17. num. 1. volumen. 1. Socinus Senior. iner Conf. Brun. conf. 10. num. 16. Afflictio decision. 282. num. 10. Cephal. conf. 152 num. 17. & 59. & conf. 173. num. 8. Mininger. cent. 4. observation. 8. num. 3. Andr. Gaill. lib. 1. observation. 50. num. 1. Berer. conf. 5. num. 4. & conf. 131. num. 3. Surdus conf. 15. num. 22. Saccius conf. 50. num. 26. Peregrinus conf. 18. num. 8. volum. 1. Thelaer. decis. 146. num. ... plures citat Ioannes Anton. Bellon. conf. 45. & num. 48.

Cui conuenit, quod quando & duo casus sunt equiparati, & adiquati in iure, dispositum in uno, censetur dispositum in alio, Glossa verbo, *Aduocandum, in l. municipia, Cod. de ferni fugitiis, glossa fin. in l. si quis seruo, Cod. de furis, glossa in cap. si postquam, de electione, lib. 6. Tiraquel. de retract. lignag. 5. 15. glossa 1. num. 10. Anton. Gomez variarum lib. 3. cap. 11. num. 1. vers. Adiutendum tamen. Molina de priuilegiis, lib. 2. cap. 8. num. 16. Petrus Surd. de uilimentis, tit. 2. quæst. 10. num. 40. Caldas Pereira de porrecte eligendi, cap. 7. num. 1. Flores de Mena variar. quæst. 3. num. 17. & num. 29. Barbosa axiom. 39. num. 9. Igitur cum Nuntius sit datum adintit facultatis, & potestatis Legati, istius omnis potestas in illo reperienda, cum omnibus intelligatur.*

Alias enim superflua foret, & abundans illa clausula, *Cum facultate, & potestate Legati*, quod lex abhorret, & si quando, cum uirginitate, si de iure iurand. Et tunc solum verba abundantia tolerantur, & quando sunt appositi ad maiorem declarationem, & explicationem, & tollendi dubitationis gratia; optimus text. in l. 1. sed scindendum, versicul. Ego puto, ff. de adiutorio edita. Mantica de conciis. ultim. volumatum, lib. 6. tit. 1. num. 25. Gonçalvez in Reg. 8. Cancell. glossa 6. à num. 16. cum p. uiribus fess. latè & optimè per Caſtillium controuers. tom. 4. cap. 17. à num. 44. vñque ad finem cap. qui plures allegant.

Quod in his terminis de hac clausula (*cum potestate legati à Latere*) consideravit Boni, in tractat. de potestate Legati à Latere, num. 68. & num. 69. volumen. 14. tractat. DD. fol. 274. quam etiam plures alij Doctores opinionem obseruant, & in ea refidet sententia Nauarrius in cap. cum coningatis, remedio 5. num. 2. de scriptis, tom. 2. dum sic loquitur. Paria sunt, & quem esse Legatum Cardinalem, & Legatum à Latere, ac Legatum cum potestate Legati à Latere, ut pulchritudinem determinauit Decimus conf. 149. column. fin. & facit 1. in testimoniis, ff. de conditionibus, & demonstratione. Addens eiūmodi & facultatem partim esse Ordinariam, partim extraordinariam; exorbitantes enim quædam clausula faciunt eiūmodi Legatum, maiorem Ordinario Legato, Abb. in cap. case-

rum,

Et de earum Reten. in Senatu 2.p.c. 31. 355

rum, col. 5. de iudicis, Glossa & Cardinal. in Clement. 2. de Officio Ordinary. Vnde (inquit ipse) huiusmodi Legatus & potest cognoscere de causis appellationum ad Papam interpositarum. Hacenus Nauartus, quam sententiam amplectitur, atque Doctorum autoritaribus comprobatur. Vnam illius conf. 4. num. 3. de officio Delegati, part. 1. Paris. conf. 17. num. 3. & seq. vol. 4. Jacobus Philippus Portius conf. 28. num. 6. Franciscus Marcus decis. 135. Adæquatus enim sententia eodem iure, t' quo is, cui adæquatur, Pafifus vbi proximè latè tractat.

Et quod Nuntius Apostolicus cum potestate 15 Legati missis, & Legati iure utatur; firmat Hieronymus Gonzalvez in Regul. 8. de mensibus & alternat. glossa 9. in annot. à num. 268. Et quod Nuntius missis cum potestate, seu auctoritate Legati de latere, absque alia speciali facultate, & in frumentatione secreta, habens eadem priuilegia, & potestatem Legati à latere, probant post Decimum in conf. 12. Villadiego de Legat. quæst. 9. num. 9. Gigas de pensionib. quæst. 6. num. 19. Cuchus lib. 2. tit. 5. num. 86. Mandolus regul. 13. Cancel. 9. 6. num. 4. & de monitorib. 6. num. 41. Quintana Duca de Ecclesiastica. c. de statu Legati. sub num. 4. Quinto post, & bene conductunt, quæ Petrus Moneta de communi. ultimarum voluntatum cap. 10. num. 213. initio num. 321. & 322. cum fess. & vbi arguit de facultate Legati à latere ad Nuntium cum potestate Legati de latere, post multos Doctores, quos ibidem ad eandem argumentationem adducunt. Validum est etenim argumentum: Legatus à latere potest hoc facere; ergo idem potest Nuntius cum potestate Legati de latere, ex prefatis DD. & fundamentis. Et de hac potestate & equiparatione Legati de latere, & Legati cum potestate, seu facultate Legati de latere, vide etiam Sebastianum Vantuum de nullitat. sentent. ex defensione iurisdictionis Delegati, n. 23.

Et ideo sicut appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam potest Legatus de latere 17 committere; & ita pariter, & Nuntius habens potestatem Legati de latere, Nicolaus Garcia de beneficiis, part. cap. 2. sub num. 85. 87. & num. 80. Hieronymus Gonçalvez glossa 12. n. 30. & num. 18. Scaccia de appellacionibus, quæst. 17. limitat. 47. memb. 3. & suprà. & quæst. 8. num. 16. optimè & latè Valacrus conf. 62. per totam, Barbola in collectan. ad cap. constitutio 45. num. fin. de appellationibus, vide Gratianus decis. 199. num. 2. in addition. Nos de Regia protet. 2. part. cap. 13. num. 234. propt. communis practicari videmus in hoc Tribunali Illustrissimi Nuntii Hispanie, & etiam si nominatum appelletur ad Sanctissimum proprium nomine expedito, quoniam consideratur non persona, sed Tribunal & Sedes Apostolica, propt. Nos altius Decante tractabimus in serio tomo de Regia protet. 24. de officio Delegati, lib. 6. diximus supra in princip. num. 1. par. formositer eadem, & æquale potestatis repetenda erit in Nuntius Apostolicus, cum virtute clausula eiusdem potestate fungatur.

Quæ doctrina licet iure communis vera sit; tamen hodie nouiori & dispositione Sancti Concilij Tridentini in dict. cap. 20. fess. 24. de reformatione, expresse prohibuit extat tam Nuntius, quam Legatus etiam de latere cum Ordinariis concuerunt, quibus dumtaxat cognitio, & iurisdictione in prima instantia attributa est, seu praefixa, ceterisque prohibita, nisi omnium exemptorum, alias immediate

G 4 Ordinariis

Ordinariis recedere in prima instantia licet de
fure, iuxta que Nos hac 2. p. cap. 3. per rotum,
& in cap. 5. cum fuis §. & alibi sc̄p: verba igi-
tur dicit. Concilij in §. Legati quoque sunt, hæc &
expresa: Legati quoque etiam de latere, Nuntii,
Gubernatores Ecclesiastici, aut alijs quarecumque
facultatum non solum Episcopos tamen etiam
impedit, aut aliquo modo eorum iurisdictionem
in præcipue, aut turbare non presumant, &c. Alijs
eorum processus, ordinationis seu iudicis momenti
sunt, argu ad domini satisfactionem paribus illarum
tenetur, &c. Et iunctio principio eiusdem cap.
Quare non est dubium, quod si se Nuntii in-
trouerint in prima instantia ad cognoscendum
de quibus libet causis, & quomodolibet perti-
nentibus ad forum Ecclesiasticum; Senatus ad-
ditus pro protectione Concilij Tridentini, ex
capite Regali Regis Ordinatio illas statim
remitteat; cum in prima instantia iurisdictione
careant, ut latius deducimus suprà hac 2. part.
cap. 3. prove infiniti penitentia probant Doctores ci-
tati suprà hac 2. part. cap. 6. per rotum, vbi abun-
dè quod ex defectu iurisdictionis omnia acta,
& sententiae nullæ sunt, idem probat Franciscus
Leo ad principium huius capituli citatus,
apud quem, & alios ibi adductos; an Nuntius
hodie iurisdictionem delegatam, vel Ordina-
riam habeat, quod nostri non est examine.

Quantum vero attinet ad secundum patrem
huius capituli, & an Nuntius Hispania posset
exequi commissiones à Sede Apostolica in pri-
ma instantia factas Ordinario, vel aliis in forma
dignum, aut forma gratiosa, & dispensationes;
animaduertendum erit, quod quædam commis-
siones sunt, que a stylo Romana Curia fo-
lum sunt, & dirigi solent Ordinariis, & non
aliis, ut gratis in forma dignum iuxta consti-
tutionem Pij V. 1602. & dispensationes mat-
rimoniales, iuxta S. Concil. sess. 22. de refor-
mat. cap. 5. & alijs dispensationes, & absolu-
tiones, & monitores, & cauſatum criminalium
commissiones iuxta. Concil. ses. 13. de reformat.
cap. 2. Gacca de beneficiis, 6. part. cap. 2. sub n. 58.
30 aliae sunt commissiones, & que non solum sunt,
& dirigi solent Ordinariis, sed etiam alijs per-
sonis in dignitate constitutis, ut executiones
gratiarum beneficiorum in forma gratiola, aut
in forma commissaria, non tamen in forma di-
gnum, & executiones pensionum, & delega-
tiones cauſarum, & litium, propter Gacca vbi
proxime.

Igitur ipse Gacca ibidem sub dicit. n. 58. verf.
Sed restat hic noua difficultas, late examinare, an
Nuntius posset exequi prefatas commissiones
dictæ officiali Episcopi in forma dignum, &
dispensationes, & hinc inde multa confert
exemplaria, & casus contrarios in facti contin-
gentia, in quibus aliquando Nuntius, cui pra-
sentata fuit prefata commissio, acceptauit, &
expediuit, in aliis vero eiudicis generis relu-
ctauit, sibi non competere dicens, in qua con-
trouerter contra ipsos etiam ad suis Doctorum
sententias, seu opiniones alijs firmantibus Nuntius
esse vniuersalem executorem omnium
commissionum Apostolicarum, alijs vero ne-
gantibus.

Ipse tamen ibidem sic ait: Sed ego in con-
traria fui, & sum sententia, tñ nempe Nuntius
non potuisse, nec posse, nec per se, nec per
alium exequi, & expedire dictas litteras, nec se

in eo intrromittere, quia commissio, & littera
de eo non cantant, & ex cap. 3. de officio Le-
gati, vbi quod de causa specialiter delegata à
Papa Legatus se intrromittere non potest, & ibi
Glossa, & Abbas, & alij, & Doctor Sahagun
de officio Legati, num. 1. & 2. & in 3. fallentia, &
num. 15. sequitur & facit.

Nec obstat ratio contrarium opinantium,
quod Nuntius est executor generalis, † su-uni-
versalis litterarum Apostolicarum; nam id nul-
lo inter probatur, nec in suis facultatibus talis
titulus, seu potestas datur, nec vñquam Nuntius
tali titulo, & nominatione resignat in suis
litteris, & scriptis, & quando efficit talis ge-
neralis executor litterarum Apostolicarum, & in
invidendum efficit in litteris expeditis in forma
gratiosa, non autem expeditis in forma com-
missoria, maximè in forma dignum; nam in ita
commissione non potest Nuntius se intrromitte-
re illo modo, nec talium litterarum fieri ex-
ecutor ex dictis, nisi ad summum post factam
earum executionem, † & collationem beneficij 35
a commissario factam, argumento dicit. cap. 2.
de officio Legati, ad fin. &c. vbi alia fundamen-
ta idem validissima applicat per te latius vi-
denda.

Qui quidem ibidem sub codem num. 58. verf.

Et tandem magis, † ad nostrum propositum lo-

quitur traducendo verba Francisci Leonei in

hæc: Tandem si ex dicto titulo, & ratione

Nuntius posset exequi, & expedire dictas lit-
teras, & commissiones non solum Sede Episco-
pali vacante, sed etiam stante Episcopo, & eius
officiali, cui diriguntur id posset facere, & ta-
men nunquam vidimus, nec audiuius. Nuntius
id fecisse, nec in eo se intrrompisse, nec ei
fuisse presentatas tales litteras, nisi dictis iudi-
cibus, Sede vacante, & mean sententiam ple-
næ tenet Leo in Thesauro fori Ecclesiastici, c. 22.
num. 60. 61. & 62. vbi ait, quod regulariter ex-
ecutio litterarum reseruationis pensionum com-
mittitur locorum Ordinariis, vel aliis in digni-
tate Ecclesiastica constitutis, † etiæ pensiona-
rii litteras reseruationis pensionis presentaret
alteri, quan in eidem proexecutoriis nomi-
natis cuiuscumque qualitatib, & conditionib,
etiam Legati, vel Nuntii Apostolici forent,
defectu iurisdictionis eorum sententia vitio
nullitatis subiacerent, quia in prima instantia
nullam habent iurisdictionem, obstante Sancti
Concilij dispositione, ut cap. 20. §. Legati quo-
que, sess. 24. nec vigore delegationis, que fa-
cta in vñna personam, † in alijs sine subde-
legatione transferri non potest; hec Leo: Ex
cuius doctrina expresse habetur, Nuntius, seu
Legatos non esse litterarum Apostolicarum
executores, nec eas posse exequi, nisi in eis
sint proexecutores nominati. Hactenus Gac-
cia, qui latius examinat, & exemplaria ad-
ducit.

Ex quo, & Francisco Leone per eum citato

colligitur, † harum commissionum præfectio 39
in forma dignum, & dispensationes, quæ de
stylo aliis, quam Ordinariis committi non lo-
tent, & aliae superioris nominati dicta cogni-
tione si se intrromittat Nuntius, cum in prima
instantia iurisdictione careat ex Trid. Decreto,

erunt omnino Ordinario, cui facere directe, re-
mittenda per Senatum.

Notabis etiam, Gacciam prædicto loco sp̄e
loquentem

loquentem de Nuntio Hispania † applicasse
doctrinas, & iura loquentia de Legato, sup-
ponendo quod, cum Nuntius Hispania mittat-
tur à Sede Apostolica cum potestate Legati de
latere; & qualis sit ei in potestate, & exercitio
iurisdictionis, quod benè convenit his, quæ
superius adnotauimus, vt virtuſque qualis sit
potestas, & eisdem iuris Regalis, quoad po-
testatis exercitio submitti in iis, in quibus
per speciale instructionem Nuntii potestas,
& facultas non fuerit restricta, specialiter dem-
pta, & limitata.

C A P V T X X I I .

Per manus appositionem Papæ super
collatione, permutatione, aut vñio-
ne beneficiorum, actuſve confirmatione:
an etiam in prima instantia su-
per eorum surceptione, ita auocata
censeatur iurisdictionis ab Ordinario,
vt eidem per Senatum sit deneganda
remissio?

S V M M A R I V M .

Affecti beneficij gratia facta, licet non semper
effictum, non definit esse affectum, n. 1.

Per appositionem manus Papæ in aliquo negotio
auocata intelligitur potestas ab inferiori, n. 2.

Papæ semel apposuit manus, confirmando iura
alii, amplius de eo iure cognoscere nequit
inferior, num. 3.

Officium amabile concessum ab inferiori, & con-
firmatum ab Paparemaner non amabile, ibid.

Vbi de variis & singularibus exemplis & simili-
bus.

Nominatus ad officium ab inferiori, & confirmatus
à Principe, ab hoc nominatus dicitur, &
officium recipere, ibid.

Auctoratio tacita per solam appositionem manus in
aliquo negotio idem operari quod expressa, ut
